



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1655**

II. De officio Confessarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41699**

I. **Q**UAERO. *Quid faciendum Confessario, qui videt pœnitentem esse in occasione peccati?* Resp. si sit occasio proxima peccandi mortaliter tenetur Confessarius exigere à pœnitente propositum firmum eam tollendi. Ut autem proxima judicetur, duo debent concurrere 1. Ut sit voluntaria, si enim vitari non possit, moraliter loquendo, & ab alio potius censeatur illata quam assumpta, non reddit indignum absolutione, 2. Debet esse talis ex suo genere, ut statim vel quasi statim illa datâ homo in mortale cadat: sive ut nata sit frequentissimè homines similis conditionis ad talia peccata inducere; vel experientia doceat talem effectum habere in hoc pœnitente. Hic verò ad judicandum multâ prudentiâ debet uti Confessarius. Nam uni occasio proxima est, quæ eadem in alio talis non judicatur Ex. gr. Frequentatio popinæ uni est proxima occasio ebrietatis; & aliorum peccatorum

morta-

mortalium, quæ alteri talis non cen-  
setur, licet aliquando etiam inde pec-  
care eum contigerit. *Item* frequētatio  
cum hæreticis uni est occasio hæresis,  
aut dubietatis in fide, alteri firmiori  
non est. *Item* conuersatio cum puellis  
alicui adolescenti est causa luxuriæ,  
vel in actu, vel in cogitatione: similis  
occasio non censetur proxima alteri,  
qui aliquando, at rarò, propter hoc  
peccat. *Item* lectio librorum de amo-  
retractantium uni potest esse præci-  
pitium, alteri non nisi veniale cenferi.  
Cum ergo occasio censetur proxima  
alicui, talis nõ potest absolvi, nisi pro-  
ponat tollere; si autem non sit proxi-  
ma, potest absolvi.

Sed quid si pœnitens dicat, se non  
posse sine scandalo, vel infamia, vel  
gravi commodo tollere? Hujusmo-  
di casus sunt quotidiani, & multum  
timoratos Confessarios torquent. Ex-  
emplum sit. Famulus & ancilla in eadẽ  
domo conuersantes, sibi mutuò car-  
nalia cogitationum & tactuum oc-  
casio sunt; & allegant se eam domum  
non

non

non posse deserere sine gravi incómodo, quia alibi ministerium non sint re-  
 perturi. *Item* filius familias malè con-  
 versatur cum ancilla aut consangui-  
 nea cohabitante, vel etiam sorore; &  
 dicit se non posse deserere paternam  
 domum, nec id ipsum fieri posse ab al-  
 tera. *Item* adolescens in matrimonium  
 optat aliquam puellam, nec potest eam  
 alloqui sine motibus carnis, in quibus  
 solet delectari, & sic est in frequenti  
 statu peccati; sed hanc familiaritatem  
 ob matrimonium præsumptum negat se  
 posse deserere.

Resp. 1. In his & similibus casibus,  
 videndum esse, an sit aliquod reme-  
 dium, quod susceptum à pœnitente,  
 credatur posse ipsum cum Dei gratia  
 præservare à lapsu. Atque ita pœni-  
 tens si admittat tale remedium, cum  
 proposito non consentiendi ulterius  
 peccato, posset absolvi. 1. Moneatur,  
 resolutio animo personæ cum qua ma-  
 le versatur repræsentare periculum in  
 quo sunt, & quod ob illud sibi denegetur  
 absolutio: ideoque obsecrare eam  
 debet

debet in Domino, ut meliorem jam  
meant rationem vitandi peccati & pe-  
niculi. 2. Eliciat propositum efficax nõ  
conversandi in tenebris cum illa, aut  
in loco remotiori & solitario effica-  
cius ad peccatum inducente. 3. Paratus  
sit non solum loca, sed & occasiones  
quas iudicat maximè proximas sibi,  
sive ordinariè initium peccato dantes,  
evitare: puta aspectus nimis fixos il-  
lius personæ, aut manuum, facieique  
tractus, blanditias & illecebras om-  
nes. 4. Ordinetur ei brevis aliqua jacu-  
latoria, qua quotidie propositum re-  
novet non cadendi, idque matutino  
tempore, vel etiam ter in die, mane,  
meridie, vesperi. Item Salutatio ad  
Christum, B. Virginem, Angelum cu-  
stodem, & ad hunc effectum precatiũ-  
cula per *Ave Maria*, vel genuflexio  
cum reflexione mentis. Item quoties  
cogitatio prava inciderit cruce signet  
pectus, cor elevando in Deum, & si-  
milia Si hæc observare se omnino pa-  
ratum offerat, atque alia quæ Confes-  
sarius ex Spiritus instinctu suggerere  
potue-

potuerit (inter quæ esse poterit frequens confessio, & communio, frequens Missæ auditio) poterit talis absolvi.

Sed quid si adhuc reincidat, & absolutionem iterum iterumque reincidens petat? Resp. non idè negandam, si propositum firmitus, quàm antea repetat: præsertim si aliquantum se contineat, & diminuat numerum peccatorum, ita ut aliqua inchoatio, aut spes emendationis possit adverti. Quod si nulla est tandem apparentia aut spes emendationis, sed potius ruina in pejus, dicendum ei, & rememorandum illud Christi; *Si oculus tuus, aut pes, aut manus, scandalizat te, projice eam.* Hoc est, licet aliquis tibi tam commodus aut necessarius videretur, quàm est oculus, aut pes, aut manus, & tamen propter illum tibi ruina est salutis; melius tamen est ut ejus emolumentis careas, quàm ob illum protraharis in gehennam: ideoque separte ab illo quamvis conjunctissimus tibi sit & utilissimus. Sicut enim præstat, ut cum uno oculo, pede, & manu, in-

gre-

grediaris regnum cælorum, quàm cū  
 duobus mittaris in gehennam, ita &  
 hic. Hic est discursus Iesu Christi, de  
 quo supra iterum dixi, sæpe repeten-  
 tus, & pœnitentibus in periculo agen-  
 tibus fortiter inculcandus; *ut solvant*  
*vincula colli sui, & colligationes impie-*  
*tis, ac falciculos deprimentes, sive oc-*  
*casiones illas pertrahentes in gehen-*  
*nam, imploret verò Confessarius au-*  
*tilium Spiritus pro illis, ac pro se, ut*  
*prout prudentiam Spiritus illis possit*  
*consulere, & opem ferre.*

2. **QUAERO.** *Quid faciendum Con-*  
*fessario, qui videt pœnitentem versari*  
*per ignorantiam in statu de se malo? Ex.*  
*1. Possidet quis fundum alienum putans*  
*proprium. Item habet contractum usurariū,*  
*bonâ fide putans non esse talem. Item*  
*coniunctus est matrimonio, cum ea cum*  
*qua impedimentum dirimens interce-*  
*debat, sed id ignorat. Respon. si igno-*  
*rantia est crassa vel supina, tenetur*  
*eum monere & instruere. Si est invin-*  
*ciibilis, non tenetur, nisi speret fru-*  
*ctum, & sine scandalo ac gravi in com-*  
*modo*

modo

modo locum putet monitioni cum efficacia. Quod si timet non profuturam, sed potius graves perturbaciones, debet tacere, Ratio est, quia tunc solum permittit in pœnitente statum materialis peccati, cum ille excusetur ob ignorantiam invincibilem.

*Sed* quid si circa illa interrogetur à pœnitente, vel ob aliquam dubitationem, vel ob aliam causam? Resp. quod tunc debeat respondere secundum veritatem, quantum satis est pro interrogatione: quia justè interrogatus tenetur ex officio respondere, nec potest pœnitentiam in errore confirmare suo silentio.

3. *QUAERO. An Confessarius possit excipere confessionem mulieris, cum quæ peccavit?* Resp. non esse jus positivum, non divinum, aut naturale, quo id retetur, quia potest esse emandatus Sacerdos, & ritè conferre Sacramentum, & ex altera parte potest adesse vera contritio Ita *Suarez & Filliucius Tract. 7. de Confess. c. 9.* Constitutione tamen particulari alicujus Diœcesis id potest



potest prohiberi, ex eo quod quandoque per hoc tollatur erubescencia; quæ est pars pœnitentiæ, & quod non ita decens iudicetur. Sic in statutis antiquis *Leod. Diœcesis cap. 4.* ordinabatur sub pœna excommunicationis, ut Sacerdotes non audirent eas fœminas cû quibus peccassent, de peccatis quæ patrassent, cum eis; quod maximè videtur ordinatum ob concubenarios, qui suas concubinas audiebant. Additur tamen in illis statutis, ut presbyteri consocios & fautores peccati sui, & mediatores non audiant, sed mittant eos ad honestos Confessores, nisi necessitas hoc & in casu præcedenti exegerit. Sed cû hæc non repetantur in postrema Synodo, non puto obligare, nisi quatenus juri divino sunt conformia:

*Petes,* quid si Sacerdos peccaverit cû filia confessionis, vel actu, vel voluntate, teneturne eam circumstantiam exprimere? *Resp.* non teneri, quia id non mutat speciem peccati, nec est incestus, quamvis non negem inde aggravata-

gravari peccatum. Teneatur verò exprimere, an illa mulier de qua cogitavit & consensit, fuerit ab eo baptisata, vel an illius aliquam prolem baptisavit, quia tunc ob cognationem spirituales est species quaedam incestus: hocque advertere debent Parochi, quibus id posset contingere.

4. *QUAERO. Quid faciet Sacerdos, si malè poenitentiam absolverit, & defectus sit circa substantiam?* Resp. debet monere poenitentem admissi defectus, quando sine gravi nocumento ipsius Confessarii, & sine scandalo fieri potest. *Ex. gr.* si absolvit eum, quem non poterat defectu jurisdictionis. *Item* si absolvit à reservatis, cum non habere potestatem. *Item* si absolvit eum, qui non proponebat abstinere à peccato mortali, nec habebat quidem attentionem. *Item* si error in forma contigit, aut dormiens non intellexerit poenitentem. Quod si grave incommodum, aut scandalum ex monitione oriundum prævidet, dolere debet de peccato commisso, & relinquere poenitentem

in bo

in bona fide, quia per sequentes confessiones poterit justificari.

*Sed* quid si Sacerdos in causa fuit, quod pœnitens alienum nō restituat?

Resp. si non imposuit ei restitutionis onus, pœnitens ad id teneretur, peccavit contra Religionem, suum ministerium negligenter & indebitè exercendo. Non tenetur tamen ad restitutionem ipsemet, quia non peccavit contra justitiam respectu damnum patientis. Si verò positivè consuluit, aut induxit ad non restituendum, tunc tenetur monere pœnitentem de malè consilio dato; si verò non fecerit, aut iam pœnitens ob illius mōram factus sit impotens, tenetur de damno.

§. *QUAERO. Quid faciet Confessarius erga pœnitentem, qui nullum fecerit examen, vel insufficiens?* Resp. si Confessarius existimet se posse defectum supplere interrogando, & is paratus sit examinari, potest audiri & absolvi: nam magnam supplet diligentiae partem (maximè in idiotis) voluntas quâ desiderant interrogari & respondere.

Et

Et ita ordinariè practicandum circa rudes; nam experientia comperimus inutiliter remitti, quia vel non redeunt, vel æquè imperati redeunt. Quod si pœnitens aliquantum peritus sit, & à longo tempore non confessus, involutusque variis generibus peccatorum; suaviter quoad fieri potest, ei persuadeatur, ut præviè per aliquid temporis se disponat.

6. QUÆRO: *An confessarius si videt pœnitentem omittere, vel oblivisci alicujus peccati, teneatur illum de eo interrogare?* Resp. ordinariè teneri, quia cum agat partes. Judicis, munus ejus est curare integritatem sacramentalis hujus judicii. Dico ordinariè, nam quandoque contingit, quod pœnitentes non existiment esse peccata mortalia, que talia judicat Confessarius, & ex bona fide vel ignorantia non putent se teneri ad ea confitenda, nec fructus speretur interrogando & monendo, tunc potest non interrogare; ut supra dixi.

Sed quid si interroget Confessarius, & neget pœnitens se fecisse, cum

tamen

tamen sciat Confessarius tale peccatū  
 ab eo commissum? Resp. si sciat viā a-  
 liquā extra confessionem, potest ea uti  
 ad eum convincendum: Quod si nihi-  
 lominus neget, regulariter tenetur ei  
 credere, aut existimare illum esse con-  
 fessum, aut alia ex causa posse excusa-  
 tum ad non aperiendum peccatum. Nam  
 ordinariē in hoc foro standum est pœ-  
 nitenti, tam pro se, quā contra se.  
 Quod si via confessionis alterius com-  
 plicis novit, non potest eum convin-  
 cere: prudenter tamen potest interro-  
 gare, ita ut non advertat pœnitens ex  
 alterius confessione venire. Et tamen  
 si neget, non potest absolutionem ne-  
 gare, quia non magis tenetur uni, quā  
 alteri credere. Frequenter contingit  
 in Confessione quod uxor asserat ali-  
 quid, & illud maritus neget, sic & in a-  
 liis pœnitentibus complicibus pecca-  
 tum, unus suo modo, alter planē diverso  
 modo enarrat. Quid faceret Confes-  
 sarius? Licet pro una parte magis, quā  
 pro altera veritatem stare moraliter  
 colligat, tamen non potest aliud dice-

re, quàm *judicet Dominus inter me &*  
*re.* Posset tamen fieri, ut propriis, oculis peccatum viderit, vel peccantem blasphemis & injuriosis verbis audierit, sciatque certo personam non esse de ea confessam, sed perniciosè mentiri, nec ullo modo posse excusari. Tunc non debet absolvere, cum certus sit de indispositione.

7. *QUAERO Quid agendum sit Confessario cum illo, qui ignorat necessaria scitu ad salutem, puta Mysterium Trinitatis & Incarnationis, & alios fidei articulos?* Resp. antequàm absolvat, debet eum docere saltem ea mysteria, quæ esse necessaria necessitate mediè docent Theologi: nempe Deum unum esse, tres Personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Atq; Filium pro nobis carnem sumpsisse, & per mortem suam nos redemisse, non Patrem, non Spiritum sanctum. Denique in Sacramento Eucharistiæ, nobis dari Corpus & Sanguinem Filii Dei conjunctum Divinitati. Mirum profecto est; quanta passim in pagis ignorantia circa hæc sit, ita

ut nihil

ut nihil distinctè, vel explicite no-  
 rint istorum, eo quod à Confessariis  
 non interrogentur de his. Nam regu-  
 lares Confessarii dum eos accedunt ru-  
 stici, præsupponunt hæc edoceri à Pa-  
 storibus: Pastores cum aliquoties hæc  
 in Catechismis dixerint, supponunt  
 istos ista nō ignorare. Sed falsa est sup-  
 positio, quia frequētissime quæ publi-  
 ce in genere dicuntur, contingit non  
 apprehendi à multis rudioribus in par-  
 ticulari. Unde necessarium est tales si-  
 gillatim interrogari, imò & repeti, ac  
 eis morosè inculcari. Obsecratos igitur  
 in Domino velim Confessarios ac  
 Pastores rudium, ut hic diligentem o-  
 peram navent, cum suavitate & paciē-  
 tia, & per experientiam reperient se  
 non infructuosè laborare. Variis in lo-  
 cis confessiones rusticorum excepi,  
 & eos interrogans de Trinitate, pro  
 responso accepi; Tres esse Deos, u-  
 nam personam, vel unum esse Deū, sed  
 tria corpora. Item dum interrogarem,  
 quæ persona carnem assumpserit? Re-  
 spondebant satis ordinariè, esse Patrē.

An Pater esset homo? an etiam Spiritus sanctus esset homo? Respondebant affirmativè. Et maximè errorem universalem plerisque in locis deprehendi, quod putarent vinum, quod aliquando communicantibus datur, esse Christi sanguinem. Hæc verò difficulter edoceri possunt; maximè senes, nisi a Confessariis interrogentur, & erudiantur. Quod breviter potest fieri, de his quæ sunt necessaria necessitate medici. Nam si ignorent fortè decem præcepta, aut Symbolum, sufficit quod firmiter proponant illa successu temporis se conaturos ediscere. Substantia autem præceptorum articulorum debet eis hic & nunc ante absolutionem proponi, ut fidem explicitam illorum concipiant; nempe Iesum Christum esse Filium Dei, & verum hominem, natum ex Virgine, pro redemptione nostra mortuum, postea resurrexisse, deinde ascendisse in cælum, denique venturum Iudicem.

*Sed petes, An non sint repetendæ confessiones priores, ab illis ignorantibus*

tibus  
tionis  
sint a  
ficari  
sterio  
Resp.  
logor  
non in  
suffice  
sunt a  
derun  
ctoren  
impli  
nostra  
proba  
confes  
sed in  
te non  
siones  
in hac  
fueru  
citæ d  
8.  
circa p  
habea  
Resp.



tibus mysteria. Trinitatis, & Incarnationis, quandoquidem sciri necessaria sunt ad salutem. & non potuerint justificari sine fide explicata illorum mysteriorum, ut docent multi Theologi. Resp. secundum mentem illorū Theologorum, hoc videtur sequi: quia tamē non improbabilis est sententia, dicens sufficere implicitam fidem ideò non sunt ad hoc condemnandi, cum crediderunt Deum esse nostræ salutis auctorem, ac nos redemisse; quæ fides implicitè continet mysteria credenda nostræ salutis. *Adde*, quod non sit improbabilis aliquorum opinio, quod confessio quandoque possit esse valida, sed informis; hoc est, gratia justificante non informata. Sic priores confessiones talium bona fide factæ, possent in hac opinione dici validæ, si forte fuerunt informes defectu fidei explicitæ de mysteriis necessariis.

8. *QUAERO. Quid agat confessorius circa pueros, de quibus dubium est, an habeant sufficientem usum rationis?*

Resp. opus esse Confessario prudentia,

Gg 3

nam

nam multi puen etiã post septẽ, octo,  
 & amplius annos, licet peccata aliqua  
 adferant ad confessionem (fortẽ exa-  
 liqua instructiõne parentum eos ad  
 confessionem mittentium) tamen Sa-  
 cramentum Pœnitentiæ non appre-  
 hendunt: unde aliqua dicentes per  
 modum confessionis, nugantur circa  
 Rosarium suum, vel galcerum, vel di-  
 gitos, vel socios circumspiciunt; nec  
 ita seriõ se gerunt, ut videantur intel-  
 ligere Sacramenti rationem. Quapro-  
 pter puto hos non esse sacramentaliter  
 absolvendos; sed cum instructiõne &  
 monitiõne aliqua (de obediẽtia pa-  
 rentum, de fugiendo mendacio, & ver-  
 bis inhonestis, de non garriendo in tẽ-  
 plo, de non se mutuõ percutiendo, &  
 similibus) dimittendos esse cum ali-  
 qua benediõione. Licet enim peccata  
 aliqua cõfitentes, videantur dare ma-  
 teriã absolutionis; non est tamen suffi-  
 ciens materia nisi accedat saltem at-  
 tritio supernaturalis; de qua vix est  
 apparentia in dictis pueris, etiam post  
 monitiõnem seriõ rem non appren-  
 denti-

dentibus. Si tamen probabilitatem aliquam habeat Confessarius alicujus dispositionis, absolvat sub conditione saltem mente conceptâ: *Situ es capax, ego te absolvo, &c.*

*Sed petes, quando teneantur pueri annuo precepto confessionis.* Resp. Dom. Solum existimare non obligari ante 12. vel 14. annum, cū etiam incipiunt capaces esse Communionis. Communior opinio tenet eos obligari, cū incipiunt peccare mortaliter, quod communius fieri putant post septem, vel octo annos, Ego quidem existimo laudabile tunc eos advocare, & monere parentes, ut mittant, quia ex tunc assuefaciendi sunt huic Sacramento. *Adverto* tamen paucos, maximè inter rusticos, etate esse capaces hujus Sacramenti. Unde judicium de eorum obligatione, qua etate incipiat, pender à prudentia Confessarii. Et hoc etiam hic advertendum, licet obligari possint ad confessionem annuam post dictam etatem; tamen ante pubertatem, non videri Ecclesiam velle eos obligare ad

pœnas non confitentibus impostas, ut etiam advertit *Navarr. Suarez Sa. &* alii. Adde quod si quis dum puer esset, putavit aliquod peccatum tantum esse veniale, & ideo omisit confiteri, non tenetur repetere confessiones, sed tantum illud peccatum exprimere. immò fortè ne quidem illud tenetur exprimere, quia ex imperfecto usu rationis non fuit nisi veniale, licet ex natura sua foret mortale. Quod adverte ob aliquas puellas vel matronas, quæ torquentur ob impudicos aliquos tactus in ætate quinque aut sex annorum, & præ verecundia non audent confiteri, nam ob imperfectum iudicium, plerumque hæc non fuere nisi venialia, & ideo non necessariò confessioni tubi- cienda; nisi quis erroneam conscientiam aliter iudicet.

3. *QUAERO. Quando sint faciendæ interrogations, an in fine confessionis, an in decursu?* Resp. nonnulli volunt has solum fieri absoluta confessione, ne interrumpatur pœnitens. Sed purò id relinquendum prudentiæ Confessarii,

cui alioqui multa excident, si teneatur expectare finem confessionis. Porro debet esse prudens interrogando in materia castitatis, ne vel curiositate agi putetur, nimis ad particularia descendendo, vel etiam se in periculum aliquod conjiciat. Nota etiam *Mediam Cod. de Conf. tr. 2. q. 19.* dicere non teneri Confessarium commemorare peccata pœnitenti, nisi quando sunt in damnum proximi. Quam sententiam videtur *Vasquez* dicere probabilem, quia contrariam solum vocat probabiliorum. Hanc sententiã poterit uti anxius Confessarius, dum non sperat fructum interrogando: Sunt enim aliqui morosi pœnitentes, quibus valde displicent multæ interrogationes.

## CAPUT III.

*De integritate Confessionis.*

**Q**UAERO: *An pœnitens teneatur aperire circumstantias notabiliter aggravantes, sed peccati speciem non mutant?* Resp. duplicem hic esse opinionem, & utramque probabilem, illa quæ negat, fundatur in eo, quod  
*Concil.*